310

Excellentissime Vir, Domine Collega atque Compater venerande,

De magni Amici nostri Wæserti fortuna quid hactenus sparsum sit nosti. Is qui graviori calumnia onerātus fuit, eo majori desiderio flagravi certiora cognoscendi. Cumque non dubitem, Te pari cupiditate teneri; en literas multum diversa et a vulgari rumore et nostra conjectura nuntiantes, heri mihi redditas. Nolui reditum tuum exspectare, quod crederem vel maxime eas Tibi fore acceptas istic loci, ubi jam vivis. Literas quis scripserit, Tibi satis ex intuitu credo apparebit. Fit in iis mentio Reissenbergeri. Hic est ille ipse, quem antehac Tibi dixi arresto a E. M. detentum fuisse cum Furti ageretur. Vale.

Vir Tui

Observantiss.

J. Raselius

d. 19 Sept. 1664.

Helmestadii.

Literas illas fac quaeso ut recipiam.

311v

44.

Excellentiss^o Viro,
Domino Hermanno Conringio,
Serenissi. Bruns. et Luneb.
Ducis Consiliario intimo, et Aca-
demiæ Juliæ Professori
celeberrimo, Domino Col-
legæ suo venerando.
Guelpherbytum